

1777, 1 57
12

DISCVSSIO
QVAESTIONIS IN AVGVRALIS
VTRVM
DECRETA ET INSINVATA CITATIONE
EX L. DIFFAMARI
EIQVE
IVNCTA REMISSIONE RELIQVORVM PETITORVM
AD IVDICIVM SIMVL REO TRADITA
LOCVS DETVR PRAEVENTIONI
QVAM
CVM SVBNEXIS
EX VNIVERSO IVRE COROLLARIIS
PRO
LICENTIA
SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES
CONSEQVENDI
PVBlico PROCERVM ACADEMICORVM
EXAMINI
AD D. XVI. AVGVSTI CICDCCCLXXVII.
SVBMITTIT
IOANNES ADOLPHVS GEORGIVS
BRANDT
WETZLARIENSIS.

GIESSAE
apud IOAN. IAC. BRAVN. Acad. Typogr.

DISCEVALIO
GARIBOLDI TUNISIENSIS
DODRITI MUSICA LUDVICO
MUSICA LUDVICO
CANTUS GALLIUS
CANTUS RYTHMUS
CANTUS HARMONIA
CANTUS HARMONIA
CANTUS HARMONIA
CANTUS HARMONIA
CANTUS HARMONIA



Dissertationem inauguralem conscribere, eamque publice defendere, animo constituebam, iamque paratae, ut typis mandentur, iacebant pagellae, cum moram longorem non ferret gradus academicus.

Differenda igitur erat descriptio typis facienda, quae adhuc reseruatur & interea substituenda ac praemittenda discussio breuior quaestione inauguralis ad argumentum de differentia Citationis ex L. diffamari 5. C. de ingenuis & manumissis & Citationis & L. 28. Si contendat D. de sideiustoribus ad ductum praxeos supremorum Imperii Tribunalium quodammodo pertinens, quam orationis ante inaugurationes solitae lo-

A

co

co praemittere, & cum subnexis ex vniuerso iure
Corollariorum, vt publico omnia haec subiiciantur ex-
mini, typis euulgare conueniens duxi.

Quaestio est non proletaria profecto, sed magni
omnino ponderis & momenti: *Vtrum nempe petita in
Imperiali Camera Citatione ex L. diffamari s. C. de in-
geniis & manumissis atque coniuncta cum eiusmodi pre-
cibus petitione pro mandato sine Clavifula, insequuto
dein decreto Supremi huius Tribunalis precibus pro
Citatione ex L. diffamari annuente, petitionem vero
mandati, facta reproductione Citationis, ad iudicium re-
mittente, postquam reo Citatio cum memorato decreto
legitime & antea, quam simul a Consilio Caesaris auli-
co quidquam emerserit, praeuentioni locus detur?* Res
ipsa docuit quaestione decisione non indignam esse.

En facti seriem: Vendiderat anno millesimo sex-
centesimo sexagesimo primo, octaua Nouembris Fran-
ciscus Guilielmus ex illustri liberorum Baronum de
Stein in Rechtenstein familia, suprema id necessitate
exigente, bellique exitialis praecedentis calamitatibus
adactus, tum ad vrgens aes alienum soluendum, tum
ad forores filiasque dote congruente instruendas, su-
flentandamque familiam, dimidiad partem Nieder-Stot-
zingen cum arce & omnibus eo pertinentibus Geor-
gio monasterii imperialis Kaisersheimensis Antiftiti.
Consensus Agnatorum cum renuntiatione quorumcum-
que

que iurium in perpetuum, annis in sequentibus 1662.
 & 1663. sullenmiter venditionis documentum exceptit,
 rerumque omnium & iurium traditionem possessio
 tranquilla aequa ac legitima per octoginta & tres an-
 nos firmavit. Anno 1755. demum agnati successo-
 res, Ioannes Antonius Iosephus Franciscus Xauerius
 Fridericus, vt & Alexander Theodorus & Iosephus
 Sigismundus, Barones de Stein in Rechtenstein pro-
 prius, cum Marquardo Antonio de Riedheim curato-
 rio nomine nuptae de Stein, natae Comitis de Wat-
 teuille non solum occasione bonorum supradictorum
 ex fideicommissi familie capite, qua de re tamen
 iam res iudicata Augustissimi Caesaris de Anno 1744,
 ob nullum in tempore legitimo remedium iuris inter-
 positum aderat, postulationes quasdam iactare, sed &
 praceptorum Augustanae Confessioni addictum adulter-
 ii simplicis reum & coniunctum facti via, soli punire
 & multam exigere prae sumserunt.

Quare Coelestinus Antistes Kaisersheimensis dicto
 Anno 1755. 17. Februarii per venerandum Patrem
 meum, Camerae Imperii supplex factus pro Citatione
 ex L. diffamari vna cum mandato cassatorio, restitu-
 torio, & de non amplius turbando in possessione ar-
 cis Nieder-Stotzingen dimidia que partis pagi adia-
 centis cum pertinentiis iuriumque pro dicta media
 parte hucusque quiete habita cum refarcitione damno-
 rum & expensarum sine Clausula vna cum citatione

A 2 solita

folita ad libellum supplicem ideo porrectum atque demonstrationibus congruentibus sub Lit. A. vsque L. adiunctis munitum sequens retulit decretum :

" Petitam Citationem decernimus. Reliquum
" petiti facta reproductione iudicialiter. In Con-
" filio 3. Martii 1755.

Expeditionem ampliorem Citationis & decreti de usu & stylo iudicij excipiebat insinuatio legitima 14. Maii cum reproductione 14. Iulii eiusdem anni facta. Tametsi nunc memorata Caussa ad productas partis prouocatae exceptions : institutae in celsissimo imperiali Consilio aulico actionis in Caussa principali quieuerit demum, & eatenus porro lis in Camerae imperialis iudicio nulla porro moueat, subintraret tamen evenitu contrario & nulla iudicij imperialis aulici interpolatione iudicali facta supradicta quaestio, quam ex ipsis praeuentioneis & decreti ad iudicium remissorii notioribus adfirmative decidendam esse, nullus dubitarem. Est siquidem iurisdictionis anteoccupatio, quam PRAEVENTIONEM vocant, posthabitatis aliorum (a) definitio-

(a) Veluti IOAN. WOLFG. TEXTOR *in praxi iudicior. P. I. cap. III. n. 35. p. 21.* DAVIDIS MEVII P. III. dec. 177. n. 2.
P. 442. LVDOV. GVNTH. MARTINI *in commentar. for. tit. XI.*
§. 2. n. 403. p. 630. & JOACH. CHRIST. COCH *in praxi fori Germanici P. III. p. 344.*

nitionibus meo iudicio minus sufficientibus, nil aliud mihi, quam cum acutissimo HERMANNO VULTEIO, optimo illo definitionum artifice, in *tractatu de iudiciis* lib. I. Cap. 4. n. 197. p. 88. prior iurisdictionis concurrentis occupatio.

OCCVPARE vero dicitur is, qui in re quadam
primum exercet actum, quem in eadem re antea fecit
nemo. Ex iudicium concurrentium parte ille igitur
iurisdictionem ante occupat, qui in certa quadam
Caussa primum exercet actum, quem in eadem adhuc
explicuit nemo, & CONCVRRERE vocamus IVRIS-
DICTIONEM, quando plurimum iudicium eiusdem in-
stantiae forum ita competens est, ut solus quisque
ius dicere queat. Primus omnium actus in iurisdi-
ctionis exercitio est in ius vocatio, sive CITATIO,
sed actus eiusmodi primus tam ex ipsa ratione, quam
legum mente, ad ante occupandam iurisdictionem non
sufficit, nisi accedat eiusdem legitima parti in ius vo-
catae traditio, quae INSINVATIO dici solet. A
Citatione prius legitimate insinuata proinde fundamentum
& initium capit praeventio (a), Dantur vero plura

(a) Solum hic nominasse sufficiat virum summum IOANNEM STEPHANVM PÜTERVM ancessorem Goetingensem, qui in egregio tractatu de praeventione atque inde nata praescriptio- ne fori tum generatis, tum in specie quod ad angustissima im- perii

eiudem efficacitatis ac ipsa Citatio, quae analogia proinde Citationis nominari possunt. Quumque argumen-
to ex paritate rationis deducto ceteris paribus obstare
nihil possit, tuto simul ex notissimo illo principio:
vbi par habetur legis ratio, ibi eadem quoque est
eiudem dispositio colligi & deduci potest: vbi analogon
quoddam Citationis cum eius insinuatione legitima
adest, ibi quoque praeventionem oriri, omnino
necessarium esse (a). Iam vero decreta ad iudicium
remissoria in imperiali Camera vsu fori recepta & ex
processus iudicialis & extra iudicialis in Camera con-
sueti, iuri iudicario vniuersali nequaquam contrario
profluentia analogum omnino sunt Citationum, sicuti
litterae pro informatione (b), aliaque id genus Cita-
tionibus similia (c), siquidem eo tendunt, ut pars
rea ad narrata & demonstrata actoris audiri, & in iu-
dicio exceptiones suas proponere possit. Non dubitandum
igitur esse, firmissime concluso: quamuis pro-
uoca-

perii tribunalia adnuente tam theoria quam praxi omnia ea
satis & ita firmauit, vt dubium superesse non possit.

(a) PÜTTER l. c. cap. V. §. 77.

(b) IO. IAC. MOSER in den Grundsätzen der Reichs - Hofraths-
Praxis lib. IIII. cap. 3. §. 1. p. 89.

(c) Veluti illa monitoria Saxonum IO. BALTH. de WERNHER
obseru. for. P. VI. obf. 268. n. 1. seq. p. 459.


uocationes praesertim ex L. diffamari regulariter non pariant praeuentio[n]em in Caussa principali (a), eo quod prouocatio & instituta actio plane alia & diuera sint inter se, & illa actionem principalem duntaxat praeparet, dum ad eam instituendam cogit, si tamen iuncta sit citatio ex L. diffamari decreto ad iudicium remissorio punctorum illorum ratione, quae Caussam principalem ingrediuntur, e.c. petitionis mandati fine Clausula occasione, vti ex proposita facti serie & Lite inter monasterium imperiale Kaisersheimense atque familiam de Stein, colligere licuit, decretum illud ad iudicium remissorium cum Citatione ex L. diffamari insinuatum, praeuentio[n]em omnino induxisset, si ante cognitionem quandam a Iudicio imperiali aulico coeptam, & actum iurisdictionis exercitum, atque ad legitimam Steinenium notitiam per insinuationem conuenientem peruenisset. Nec obstatisset, petitionem mandati solummodo circa possessionem versatam fuisse; nam id quidem si super *possessione momentanea* litigatur, verum est (b) & aliquam mereretur considerationem, quia pariter praeparans deinde duntaxat est iudicium super momentanea possessione. Non vero alicuius momenti

(a) CAR. GOTTL. KNORRE in der gründlichen Anleitung zum gerichtlichen Proces lib. III. cap. V. §. 2. p. 515.

(b) IOAN. HENR. de BERGER in *oecon. iur.* lib. III. tit. 18. p. 1016.

menti fuisset in praesenti caufsa, vbi petitum manda-
ti S. Cl. ad possessorium ordinarium sicque ad ipsam
Cauffam principalem pertinuisse, videbatur. Ceterum
fundamentum distinctionis inter ea, quae fiunt iudicia-
liter & extrajudicialiter in Camera imperiali, optime
noseitur ex laudati viri celeberimi IOANNIS STE-
PHANI PÜTTERI *introductione in rem iudicariam im-
perii* (a) & ex LUDOVICI AVGVSTI WÜRFFEL *Neue-
ster Anleitung zu des Kaiserlichen und des heiligen roe-
mischen Reichs hoechstpreislichen Kammer-Gerichts extra-
judicial Proceß*, cap. I. §. I. p. 2. in der Note editio-
nis de a. 1775. cum praefatione venerandi Parentis.
Vid. quoque ibidem cap. III. §. I. notatum
in fine laudatae praefationis.

(a) *Sect. II. cap. I. §. 684.*





Meliora haec oratione eti aliquid sunt
COROLLARIA
Contra Iuris Naturae Hypothesem
EX
VNIVERSO IVRE.

EX IVRE NATVRAE.

I.

Ius naturae & in thesi & in hypothesi est immutabile.

II.

Principium WOLFIANVM Perfectionis ad eruendas Iuris naturae veritates semper mihi primum visum est.

X 2

III.

III.

Recte WOLFIUS definit obligationem, quod sit:
Connexio motui cum actione.

IV.

Authochyria iure naturae est reprobata.

EX IVRE CANONICO.

I.

Ad praescribendam consuetudinem nulla interuenit mala fides.

II.

Promulgatio constitutionum pontificiarum Romae facta, sufficiens non est ad producendam obligacionem.

III.

Concordat^{rum} principum, quam Aschaffenburgensis vim veri pacti habent, & collectiue sumta Concordata Germaniae constituunt.

IV.

IV.

Sponsalia priora preeferuntur posterioribus, quam-
quam posterioribus copula carnalis accesserit.

EX IVRE CIVILI.

I.

Filiusfamilias, paterfamilias factus, soluens par-
tem debiti, a se tanquam filiofamilias contracti, to-
tum debitum agnouisse non est censendus,

II.

In theoria defendi potest: fratri germano, con-
tra quemcunque in testamento fratris sibi praelatum,
in officiis querelam competere.

III.

Ita & eadem querela matrem praeteritam vel
inique a legitima exclusam, contra testamentum patris
pupillariter substituentis experiri posse, euincitur.

X 3

IV.

IV.

A Dispositione L. fin. Cod. de nouat. & delegat.
merito excipitur delegatio.

EX IVRE PVBLICO.

I.

Principibus imperii ius adcapitulandi de Iure
denegari non potest.

II.

Status imperii nequeunt in suis territoriis dero-
gare Receffibus imperii.

III.

Ius conducendi in alieno territorio est seruitus
iuris publici, nullo tamen iure ius venandi tamquam
illius ~~annexum~~ annexum probari potest.

IV.

Annus normalis in Collegiis opificum non habet
locum.

Ex

EX IVRE FEVDALI.

I.

In dubio res praesumitur allodialis non feudalis,
ideoque obmota Controuerzia, ordinarius loci Iudex
adeundus.

II.

In dubio feudum praesumitur masculinum non
foemininum.

III.

Legitimi per subsequens matrimonium, succe-
dunt in feudo.

IV.

Feudum concessum tali modo: *Concedo tibi & cui
dederis, inconsulto domino alienari posse receptissimum
est.*

EX PRAXI CAMERALI.

I.

Lex unica Codicis quando imperator inter pupil-
los

Ios &c. ^{aut} inde natum remedium, neque fanae theo-
riae, neque Praxi, conuenit.

II.

Amica inter partes litigantes compositio a quo-
libet Iudice, & in supremo camerae Imperialis Iudi-
cio instituenda.

III.

Continentia Causae fundat Iurisdictionem Came-
ralem etiam praetermissis Austraegis.

IV.

Camera Imperialis circa Caustas ecclesiasticas non
iudicat, bene tamen executionem; si, vt brachium se-
culare inuocata sit, decernit.

F I N I S.



56.

ULB Halle
005 120 055

3



TA->OL



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres

Inches

1777, 1 57

12

DISCVSSIO
QVAESTIONIS IN AVGVRALIS
VTRVM
DECRETA ET INSINVATA CITATIONE
EX L. DIFFAMARI
EIQVE
IVNCTA REMISSIONE RELIQVORVM PETITORVM
AD IVDICIVM SIMVL REO TRADITA
LOCVS DETVR PRAEVENTIONI
QVAM
CVM SVBNEXIS
EX VNIVERSO IVRE COROLLARIIS
PRO
LICENTIA
SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES
CONSEQVENDI
PVBlico PROCERV M ACADEMICORVM
EXAMINI
AD D. XVI. AVGUSTI CICICCLXXVII.
SVBMITTIT
IOANNES ADOLPHVS GEORGIVS
BRANDT
WETZLARIENSIS.

GIESSAE
apud IOAN. IAC. BRAVN. Acad. Typogr.

